



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Saltatores. Massæus, lib. 1. Descriptio CLI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

cum belluæ ritu traheretur ingenuus pauld ante diues, & liber, de te fortuna, vt inclemēti, querebatur, & caeca, quæ cum puncto temporis breuioris extortum, & dulcedine charitatum, domoque extortem, quam concessisse vidit in etherem, & ruinas, aut sacerandum membratim, aut feruiturum sub verberibus, & tormentis, crudo deuouisti victori.

Martem, Iouem illum suum, non magis regno, quam vitij principem, in terrenis amores cum ipsis suis fulminibus ardentem; Nunc in plumas oloris albescere, nunc aureo imbre defluere: nunc in pubescentium pueroꝝ raptus, ministris auibus proflire: Quæ nunc an possit esse, qui spectat, integer, vel pudicus.

## SCENICI LVDI.

Ex D. Cypriano, ep. 2. lib. 1.

## Descriptio CL.

**C**oerte hinc vultus ad diuersa spectacula, non minus pœnitenda contagia: in theatris quoque conspicies, quod tibi, & dolori sit, & pudori.

Cothurnus est tragicus prisca facinora carmine recensere: de parricidijs, & incastis horror antiquus: expressa ad imaginem veritatis actione replicatur, ne sæculis transeuntibus exolescat: quod aliquando commissum est, admonetur omnis ætas auditu fieri posse, quod factum est: nunquam æui senio delicta moriuntur. Nunquam temporibus crimen obruitur: nunquam scelus obliuione sepelitur: exempla fiunt; quæ esse iam facinora destiterunt, tum delectat in mimis turpitudinum magisterio, vel quid domi gesserit recognoscere, vel quid gerere possit, audire. Adulterium discitur, dum videtur, & lenocinante ad vitia publicæ authoritatis malo, quæ pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat: impudica de spectaculo reuertitur. Adhuc deinde morum, quanta labes, quæ probrorum fomenta, quæ alimenta vitiorum, histrionicis gestibus inquinari? videre contra fœdus, iusque nascendi patientiam incestæ turpitudinis elaboratam. Eurantur mares, honor omnis, & vigor sexus eneruati corporis dedecore molliuntur: plusque illic placet, quisquis virum in sceminam magis fregerit: in laudem crescit ex crimine, & peritior, quo turpior iudicatur. Spectatur hic, pro nefas! & libenter. Quid non possit suadere, qui talis est: mouet sensus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conscientiam fortioꝝrem: Nec deest probri blandientis authoritas, vt auditu molliore perniciēs hominibus obrepant: expriment impudicam Vencem, adulterum

## SALTATORES.

Missæus, lib. 1.

## Descriptio CLI.

**N**Aires autem penes quos totius rei militaris est cura, vt septimum circiter ætatis annum attigere, teneri corpusculi nervis diu, multumque distentis, laxatisque compagibus, adhibita frequenti vnctione sesamini olei per aliptas peritissimos, ad agilitatem pene incredibilem perducuntur: Itaque velut exosses artus, omnem in partem arbitratu suo torquere, ac flectere saltus retrorsum æque, atque in aduersum edere longillimos, & in lueta varios nexu pariter implicare, atque explicare condiscunt.

## CONVIVIA, ET LVXVS.

Apulcius, lib. 6. metam.

## Descriptio CLII.

**N**Ec mora cum cæna nuptialis affluens exhibetur, accumbebat summum torum maritus, Psyche gremio suo complexus, sic & cum sua Luone Iupiter, ac per ordinem deinde tori, Dei. Tunc poculum nectaris, quod vinum Deorum est, Iouis quidem suus pocillator ille rusticus puer, cæteris vero liber ministrabat. Vulcanus cœnam coquebat. Horæ rosas, & floribus purpurabant omnia. Gratie spargebant balsama, Muse quoque canora personabant. Apollo cantauit ad cytharam, Venus suauis musicæ superingressa formosa saltauit. Cum Musæ quidem chorus canerent, tibias inflaret satyrus, & Paniscus ad fistulam disceret.

Vide, quæ  
libet D.  
Ambr. lib.  
Eliæ, & it.  
iunio c. 1.

ITEM